lis suis in senectute pascuntur. nam eximia illis circa filios est pietas. et ideo quantum tempus expendant in fetibus educandis. tantum ipse a pullis suis vice reciproca nutriuntur ut dicit Ambrosius. quando pro pulli nascuntur. crura pedes et rostra habent ad modum cigni valde nigra. sed deposita statim nigredine. rubere tanto plus incipiunt quanto quotidie plus senescunt.

De cornice.

Capitulum. ix.

Cornix est auis

annosa que apud Latinos greco nomine appellatur. quas aiunt augures hominum curas agere insidiarum vias monstrare. futura predicere. sed magnus nequas est credere quod deus consilia sua cornicibus manifestet ut dicit Isidorus. his inter multa aruspicia tribuit ut etiam pluvias prentendunt vocibus iuxta illud. Hinc plena cornix pluviam vocat improba voce. Est autem auis garula et impia. et incolis ubi habitat nociva ut dicit idem. Immundis pascit et venenosis. diutissime vivit. propter senectutem in pluma albescit. sed in carne intrinsecus quanto vivit diutius plus denigrescit. Vulpem pro ceteris animalibus odit propter nimum et accipitrem perfligit ut dicit Isidorus. Est enim auis improba aquile et alijs prode aibus importuna. nam aquila quas tangere formidat garritu et volatu insequitur et infestat. sed de sua improbitate non semper lucem portat. quod post longam aquile dissimulationem aliquando ab ea rostro percudit aut interficit quoniam ei plus debito appropinquat. De cornice autem dicitur in exameron. quod cornices ciconias perducunt et dirigunt. et velut quibusdam turmis eam stipantibus. eis turmatim se adiungunt et contra alias aues ipsis ciconiarum infestas dimicantes. proprijs periculis aliena bella suscipiunt. cuius iudicium est quod in illo tempore intervallo quo ciconie solent recedere non reperiunt in locis consuetis residere et quia cum vulnere revertentes. manifesta quadam sanguinis voce ceterisque indicibus gravem se certaminum ostendunt conflictum subijisse. Item ibidem dicitur quod admiranda est huius auis clementia. nam cum parentes per longam senectutem plumarum tegmine et alarum regimine nudari contingit. cornices iuniores proprijs pennis eos fouent et collecto cibo pascunt. quoniam etiam parentes earum senescunt. eos fulcro alarum suarum subleuant et ad volandum excitant ut in pristinos usus membra dissueta renocent et reducant

De corvo.

Capitulum. x.

Cornu⁹ siue corax
 a sonu gutturis nomen h3 vt dicit
 ysi. Cornus pulloz ora suoz byan-
 tia respicit quib3 cibum prius nō ministrat nisi
 prius p pēnaz nigredinē ppri3 coloris similitu-
 dinem recognoscat. Postq3 x̄o nigrescere in-
 spicit totis suis viribus deinceps eos pascit vt
 dicit idem ysi. Dicunt aut pulli coruoz roze ce-
 lesti vesci q3 diu beneficio etatis non habent ni-
 gras plumas. non em prius escis sc3 cadaueri-
 bus fetidis sed rois celestis bñficio sustentan-
 tur vt dicit aug⁹. Petiit em coruus in cadaue-
 ribus mortuoz loca occulta vt dicit ysi. et est
 auis clamorosa 7 diuersas format voces. sol⁹ ei
 inter aues seragintaquatuor habet vocis mu-
 tatōnes vt dicit fulgentius. Est etiaz auis do-
 losa res furtiue subtrahēs reponēs in locis ab-
 ditis et abscondens. Est etiam immunda auis
 cadaueribus insidens 7 ex venenosis et rebus
 immundis cibū querens. Et fm angures quā-
 dam vim presagij 7 diuinationis habens. Et
 ideo apud gentiles cornus inter volucres fuit
 appollini psecratus vt dicit Marcius. De cor-
 uo aut dicit Aris. li. vj. q3 femine coruozum cu-
 bant super oua sole. e. masculi deferunt eis ci-
 bum. 7 pullificat plures pullos 7 cubat diebus
 viginti et tercijc aliquos. ppter multitudinē. qz
 aues que multos pullificant aliquos eijcunt a
 se. Item dicit idē li. viij. Cornus niger pugnat
 cum asino et thauo 7 volat sup ipsos et nocet
 eis pcutiendo cum rostro et pūgit oculos ipso-
 rum. Item ibidez Cornus niger est amic⁹ vul-
 pis. et ppter hoc pugnat cuz acelon 7 alijs be-
 stijs vt iuuat vulpem. Item ibidem. Corui pu-
 gnant pugna forti 7 pcutiunt se ad inuicē cum
 armis. i. cum rostris vnguib3 et alis suis. vict⁹
 obedit victori victoria forti. hucusq3 aris. Itē
 solus cornus in medijs estinis feruoribus ptra-
 naturā aliaz auiu ouat 7 pullificat fetus suos.
 vñ Petroni⁹. Cornus maturis frugibus oua
 defert 7 cetera.

De cigno.

Capitulum. xj.

Cign⁹ latine olor
 dicit grece. eo q3 totus albus sit i-
 plumis suis. nulli enim inueniūt cin-
 gnū nigrū. Olor aut grece totus dicit latine vt
 dicit ysi. cign⁹ aut a canēdo ē dictus. eo q3 car-
 minis dulcedinē modulatis vocib3 fingit. Itē
 aut canit dulci⁹. qz collū longū 7 reflexum h3 7
 necesse ē eructuantē vocē p longū et flexuosū
 iter varias reddē modulātōnes. Fertur aut in

yporeis partib3 p̄cinentib3 cytharedis cigni
 pullos euolare de nidis 7 apte ad modū p̄cine-
 re vt dicit ysi. Scdm aut mar. 7 ambro. Nau-
 te bonū presagū euent⁹ reputant. q3 cigni scilz
 in nauigio obuiant sicut ait Com⁹. Cignus in
 auspicijs semp letissim⁹ ales. hūc optant naute
 qz non se mergit in vndis. et ideo appollini fuit
 psecratus vt dicit mar. In alis autez maxima
 est fortitudo. Cignus qn est in amore querit fe-
 minā et ei p pplexionē colli blandit. et qsi eam
 trahit ad se 7 p̄iungit collū suum collo femine
 colligando. post coitum x̄o femina pcutit ma-
 rem 7 fugat ipm. balneat aut se masculus post
 coituz. silr femina anteq3 cibū sumat. Instan-
 te aut morte penna infixa cerebro canit et ptra
 alioz animantiū p̄suetudinē. p gemitu cantuz
 reddit vt dicit ambro. plumā h3 candidissimā.
 omni nigredine vel colore aliquo impmixtā car-
 nem x̄o habet nigram 7 ad digerendū duraz.
 rostrū cū quadā tuberositate visum ab olfactu
 7 gustu distinguente collū h3 intrinsecus valdē
 nigrū. 7 interi⁹ densatum cū quo collo in p̄fun-
 dum merso cibū suuz querit 7 incidit. dū sit in-
 ter pisces nutritus ipsos nō comedit. ido si pa-
 nis vel esca sibi. p̄iecta fuerit. piscib3 ipm sequi-
 tib3 ipse cedit. de herbis 7 radicib3 victū suum
 querit. pedes h3 nigros latos 7 clausos natati-
 oni valde aptos quoz vno vti⁹ p remo in na-
 tando. alio p gubernaculo se regēdo. Stagna
 et lacus inhabitat. 7 secus aquas nidificat. vbi
 sup pauca ligna p̄iecta sup oua cubat 7 pullifi-
 cat. pullos sollicitē nutrit 7 educat 7 eos rostro
 alis 7 sibulo. p̄tegit 7 defensat. et si quis aduer-
 sus eos appropinquauerit inter pullos 7 appro-
 pinquātib3 opponere se 7 inē ponere non cessat.
 Auis est magne carnositatis 7 ponderositatis
 corpis. 7 ideo quietem diligit 7 raro volat. vo-
 lant aut cigni siluestres volatu forti collis extē-
 sis 7 pedib3 ad posten⁹ applicatis. s̄ nō sunt tā
 magni corpis nec tante pinguedinis sicut sunt
 vomiti qui iuxta hominū habitacula sunt nu-
 triti vt dicit Marc.

De culice.

Capitulum. xij.

Culix est musca
 modica ab aculeo dicta. eo q3 sāgu-
 nē sugit. h3 aut in ore fistulā ad mo-
 dū stimuli q̄ carnē terebat vt sanguine3 bibat
 vt dicit ysi. Reputat aut int⁹ volatilia sic 7 apis
 cū tñ corp⁹ vernis hēat plures pedes habētis
 eo q3 alas hēat quib3 volat. Generat at ex va-
 pouib3 putridis de cadauerib3 ac palustrib3 lo-
 cis 7 corruptis generatis. ex p̄tinua alaz repli-

causa percussione in aere strepitum generat et quasi stridet super cadauera et vlcera libenter residet. equis et vlcerosus valde nocet. strepitu et morsu dormientes infestat et a requie eos arceat de nocte maxime circumvolat et membra quibus insidet terebrat atque mordet. lucipeta est. quia lumine libenter videt unde minime caute in candelam vel in ignem irruens se ob auiditatem luminis videndi obire sepe solet. yrundinibus pascendis summe valet culices enim in aere pda gratissima reputantur. Dicunt autem culices sciniphes. id est musce minutissime. hanc aculeis pmolesce. scines enim grece musca dicitur latine unde et dicitur scinomia musca canina. et hinc muscis terra egyptiorum percussa est ut dicit ysa. Est autem cinomia generis pessimum muscarum magni corporis et lati ventris respectu muscarum aliarum et parui volatus. sed magne tenacitatis et adherentie in membris animantium in quibus insidet. In villis enim et pilis animalium et maxime canum se immergit. et ibi se occultas fugit sanguine atque bibit intantum quod carnem vlcerat et corrodit ut patet in antiquorum canum auribus quas corrodunt et vlcerant tales musce. unde non est mirum si tales musce sint multum fetide que ex tam fetidis et corruptis humoribus sunt nutritae.

De cicada.

Capitulum xiiij.

Qucada acanedo

Est dicta eo quod in exiguo gutture suo dulcem facit melodiam vel miram facit cantilenam ut dicitur in exameron. hec in medio estu quando arbuta meridianis caloribus rumpunt. tanto cantum resonat clarior quanto spiritum aereum tunc temporis attrahit clarior. deinde si quis cicadas profundat oleo statim necantur eo quod obstructis poris spiramen aereum haurire non valent. si quis statim his acetum superfundat. ilico reuiviscunt. eo quod vis aceti aperit poros qui ex olei confectione obstruebantur ut dicit ambrosius.

De fenice.

Capitulum xiiij.

Fenix unica dicitur

esse avis. et in toto orbe terrarum singularis unde et laici mirantur. unde et apud arabes ubi nascitur fenix. id est singularis nuncupatur ut dicit ysa. de hac aue dicit philosophus quod fenix est avis sine pari vivens. CCC. vel quingentis annis. quibus completis cum suum sentit defectum nidum facit ex lignis aromaticis et multum siccis que in estate ex fervore solis flante fauonio accenduntur quibus iam accensis sponte nidum ingreditur et ibidem inter ligna ardet.

etiam incineratur. ex quo cinere infra triduum quidam vermiculus nascitur qui paulatim plumas recipiens in volucrum reformat. Idem dicit Ambrosius in exameron. de fenicis humore siue cinere novus surgit. paulatimque adolescit et processu temporis alarum induit remigia atque in avis specie reparatur. Est autem avis pulcherrima. pavoni in plumis similima solitudine diligens. granis et fructibus mundis cibum querens. de qua narrat alanus quod cum Onias summus pontifex in eliopolitinate egypti templum ad similitudinem templi hierosolymorum edificasset. primo die azimorum cum multa ligna aromatica super altare congregasset et ignem ad offerendum sacrificium succendisset descendit in medium rogi talis avis que in igne sacrificij statim in cinerem est redacta remanente autem cinere et cum diligentia custodito de precepto sacerdotis et reseruato infra triduum quidam vermiculus de predicto cinere est creatus qui tandem recipiens formam avis ad solitudinem evolvit.

De grue.

Capitulum xv.

Grus de propria

voce nomen accepit tali enim voce sonat ut dicit ysa. Est autem avis alarum magnarum et fortis volatus. aeris alta petens ut videat quas velit pergere regiones ut dicitur in exameron. Est enim avis diligens suam speciem et in societate vivens habens regem et ordine literato volans ut dicit ambrosius. Ducit autem agminis quasi instigando et arguendo voce ad rectos volatus cogit agmina. et si forte raucescat succedit alia grus que supplet idem officium. grues autem voce preconis terram petunt ut quiescant et cum sederint ad custodiam sui vigilias ordinant ut alie secum rursus quiescant. Vigiles autem super unum. crux stant directe et lapillum tenent in pede altero a terra suspeso vel elevato ut si casu aliquo dormierint per casum lapilli excitentur ut dicit aristoteles. Itaque sunt grues in iuvene cinerei coloris. sed in senectute quanto diutius vivunt tanto plus nigrescant et si que illarum a societate oberauerint vociferando perditas socias aduocant et requirunt. Grues etiam quando supra se venientem herodium vel accipitrem percipiunt rostra sua superius engunt et pat possunt cum rostri acuminem se defendunt.

De gallo.

Capitulum xvi.

Gallus a castrati

one est vocatus. Inter ceteras tñ
ques huic soli testiculi abscinduntur.
veteres em̄ abscisos gallos vocauerunt vt dicit
ysi. De gallo dicit plini⁹. xxix. li. ca. iij. Carnes
galloꝝ crude & calide apposite sup̄ morsum ser-
pentis demūt venenū. Et ad idez valet ei⁹ cere-
bz ī potu sumptū. si q̄s ei⁹ pinguedine vel vitel-
lo inunct⁹ fuerit. a pant hens & leonib⁹ tut⁹ erit.
Si auro liquefcenti ossa galloꝝ vel gallinarū
pmiscēt. psumunt illud in se vnde et os galli-
naceum auri est venenū. & hoc est miruz. Gall⁹
itaq; est auis calide & sicce pplexionis. & iō mul-
tum hz audacie & animositatis ppter qd̄ cōtra
suos aduersarios pro suis vxoribus audacter
pugnat. et rostro ac calcarib⁹ aduersariū impe-
tit & lacerat obtenta victoria statim cantat. an-
teq; aut̄ cantet alis se verberat et seipm̄ feriens
ad cantandū reddit aptiorē. In pfundioribus
horis noctis cantū solet emittere clarioꝝ & va-
lentiorē. sed circa temp⁹ matutinū vocem for-
mat leuiorem vt dicit Ambro. cristā rubeā ge-
stat in capite p̄ corona qua amissa pdit audaci-
am et ad aggrediendū aduersariū ipsum efficit
segniorē zelat et diligit vxores suas. et inuēto
cibo voce quadam eas puocat & sibi subtrahit
vt eas reficiat atq; pascat. pinguiorē et teneri-
orem quam plus diligit. secū quietis gratia vi-
cinius collocat. & ipsius pntiaz circa se plus af-
fectat. de mane cū ad pastum euolauerit. latus
suū lateri ipsius primo applicat & p̄ quosdā nu-
tus ipsaz ad sui copulā allicit & inuitat. & p̄ ip̄a
tanq; zelotipus specialiter pugnat et appro-
pinquātes gallos rostro & calcaribus a se fugat
rostro impugnando terā pcutit & plumas cir-
ca collū erigit. vt se audacē faciat & pēnas cau-
de quantum pōt sursuz ac deorsuz eleuat vt sic
apt⁹ ad plū se accigat lapidē preciosū nomie
allectriciū calcedoneō eo similit̄ gignit & por-
tat. quē rūne lapidis vt credūt quidā leo timet
& abhorret & maxie si fuerit alb⁹. albū ei gallū
leo formidat vt dicit plini⁹. Rostro & pedib⁹ vi-
ctū querit. paleā & puluerē sulcat & reuersat & i-
uēto grano ad gallinas vociferat & eas vocat
timet etiā gallus aquilam & accipitres p̄dones
terre. q; tales p̄de aues volucib⁹ in terra de-
ambulātib⁹ insidiant. & ideo cū gallus sit valde
acuti visas vnū oculū p̄ victū q̄rendo inferius
deprimat. & aliū sursum ad aera dirigit vt adue-
tum aq̄le vel accipitris p̄caueat. qm̄ cū venien-
tem a remotis viderit statim ad gallinas vocif-
ferat et fugiens in domib⁹ rupib⁹ ac sepibus se

occultat vt dicit idem. Deceperit⁹ etiaz gallus
ouat in vltima senectute et facit quedam oua
pua multum rotunda & q̄si linida vel crocea. ex
quib⁹ si ab aliquo verme venenoso in dieb⁹ ca-
nicularib⁹ foueant basilise⁹ p̄creat vt dicit Be-
da. De gallis dicit Const. galli iuuenes durio-
res sunt ad digerendū minorisq; humiditatis
q̄s gallina. caro eoz quiddā vitrositatis hz. sed
q̄n coquit soluit. vn̄ si vetus gallus p̄iectis in-
teriorib⁹ de semine croci orientis et polipodio
impleat et quinq; libris aq̄ coquat donec aq̄
fere p̄sumat sit vtilim⁹ colerā babātibus passi-
onez. viscosos & fleumaticos purgat humores
melancoliā patientib⁹ subuenit. grossiaz stoma-
chi ventositatē excludit. dolorē mitigat. timo-
rem & dolorē arteriaz curat. valet p̄tra erati-
ce febris p̄licitatem vt dicit idem.

De gallo gallinato als. tio. Capitu. xvij.

Gallus gallinaci

us gall⁹ ē qui ppter abscisioneꝝ te-
sticuloꝝ effemiat. more em̄ alioꝝ
animaliū castratoꝝ totus in pplexione mutat.
cristam em̄ pdit. audaciā deponit. vocē et can-
tū amittit inter horas noctis nō discernit. alis
se nō pcutit nec ad pugnā se accingit. sup̄ oua
aliena cubat ac si esset gallina officū femine af-
sumens pullos alienos nutrit & circūducit. vocē
etiam galline simulat & crocitando voce rauci-
da pullos vocitat. gallinis se associans cum eis
eaz escam comedit & deuorat. sed eas non refi-
cit cum eis impinguat. sed eas nō impinguat.
Est aut̄ gallinacius timidioris animi q̄s gall⁹ &
carnis humidioris et mollioris et pinguedinis
maioris ac plume laxioris cui⁹ pedes quando-
q; frangunt vt cubare sup̄ oua cogatur cuius
calcaria vel hebetant vel cadūt. cui⁹ pedes col-
ligant post impinguationē & de p̄sso capite ad
terā ad for̄ erectis pedibus deportat de gal-
lo tamen castrato dicit Constā. carnes inquit
castrati galli omniūz volatiliū carnibus sunt
conuenientiores. laudabilis enim generāt nu-
trimentum et sanguinem meliorē. cerebella eo-
rum cerebellis auium aliaz sunt vtiliora.

De gallina. Capitulū. xvij.

Gallina est a gallo

dicta sicut a Leone dicta est leena
cui⁹ mēbra vt qdā ferit si cū auro li-
q̄scēte misceat p̄sumūt aurū vt dicit ysi. Est aē
m̄lte ouatōnis & pullificationis et multe ouant

sine coitu vt dicit Aristo. li. vi. 7 dicuntur oua venti 7 sunt alijs ouis insipidiora 7 illaudabiliora. et quedam galline sepe faciunt gemellos. et vnus gemelloz est paruus et qñq3 menstruosus. postq3 aut cubant super oua sua p tres dies statim apparent signa pulli 7 erit hoc i maiorib3 p plures dies. 7 in minorib3 post pauciores 7 generat pullos ex albumine et nutntur ex vitello vt dicit idē. galline etiā que nimis onāt nō sunt longe vite. sed cito moriunt vt dicitur li. vi. Alias ho galline proprietates omibus fere notas tangit glo. sup. Vath. xvij. vbi dicitur gallina est auis pia circa pullos. nā pullos sub ala fouet ptra miluū tuetur. de dolore filiorum egrotat 7 plumā deponit. plus pullos q3 se pascit 7 faciat 7 ipos inuento cibo pgregat at3 vocat. p pulloz defensione fortiori se opponit 7 etiam hoicem impugnat. pullos dispersos congregat atq3 vocat 7 nō a niso vel miluo rapiantur eos sub alaz tegmine protegit 7 defensat plumaz hispeditate et vocis raucedine affectū circa pulculos manifestat.

De griphe.

Capitulum. xix.

Gripbes inter

Volatilia recitant Deut. xiiij. 7 dicit ibi glo. q3 gripbes est qdrupes. capite 7 alis aquile similis 7 reliquo corpe similis est leoni et habitat in yperbozeis montib3. eq3 7 hominib3 maxime est infestus. in nido suo reponit lapidem smaragdū contra venenosa animalia montis.

De herodio.

Capitulum. xx.

Herodius ē auis

Regia prede auida et manu gestatis allueta. Est autez auis animosa ad modū accipitris pauce quidez carnis respectu corporis sui 7 est multe pennositatis. 7 ideo leuissimi est volatus. q3 parū est in eo qd aggrauat 7 multū qd erigit at3 leuat vt dicit Greg. 7 iō dissimilis est strutioni in audacia et virtute q3 uis ei similis sit in penna 7 varia in colore. Herodius autē magne est animositatis acutissimi pectoris 7 fortis vnguis et plus ledit predam super plaz iruendo pectore q3 rostro siue vngue. Lante autē est animositatis q3 si primo vel secdo impetu predam nō arripit quasi vindictā de se petit. vñ si siluestris est illo die vix predā querit. si ho domesticus quasi pre verecundia euagatur per aera 7 ad manum gestantis defacili tunc non redit. tūc enim victum et quasi de-

generem se estimat qñ de volucre quā impetit non triumphat vt dicit Grego. hec auis a vulgo falco nūcupatur siue silica vt dicit glo. sup. plal. et est auis que inter omes prede volucres habet affectum piū et animum circa pullos sicut dicit in exameron. Eodem inquit sedulitatis officio quo ppios fetus pascit pari subministratiōe pullū ab aquila abiectū siue nō agnitum suscipit at3 nutrit cadauer fugat nec famis vehementia putridas carnes tangit s3 laboris patiens abstinendo expectat quousq3 predaz sibi pgruam inueniat quam acquirat vt dicit Gregorius.

De yundine.

Capitulum. xxj.

Yrundo quali

Yrundo ab aere ē dicta eo q3 cibos non sumat residens sed vt edat in aere cibum capit vt dicit ysidō. Est enim auis vocifera p tortuosos vrbes et circuitus vaga. In nidis pstaedis 7 pull' educadis sollicita vt dicit idē. In nidis q3 pstruedis ē sūme solercie. vix em ad h faciendū sufficēt hūana industria de quavis materia qd facit yrundo solo rostro de argilla. yrundo itaq3 est auis valde pēnosa mire agilitatis 7 velocissimi volatus. 7 iō a ceteris aibus non impetitur nec vnq3 alicui pda est. maria trāsuolat ad regiones calidiores in quibus creditur per byemen pmoari. certa custodit tempora aduentus sui et recessus cui' aduentus indicium veris et testimonium iustitias serenitatis estinalis vt dicit Ambrosi'. De yrundie dicit anis. li. vi. auis agrestis nō coit in anno neq3 ouat nisi semel preter yrundinem q ouat bis. sed prima oua aliquando corrumpuntur propter byemen. oua vero posteriora complentur et faciunt pullos. Item dicitur ibidez aues que comedunt carnem non ouant bis pter byundinem que aliquando bis pullificat. Item ibidem si quis cecauerit pullos yrundinum reuertentur oculi eorum. querit emz herbam que dicitur celidonia cui' succo limt oculos filiorum 7 sic eorū oculi sanitati pristine restituantur vt dicit Macro. Item in vtero yrundinis inueniuntur duo lapilli quozuz vnus est albidus et dicitur femineus. alter vero rubeus et dicitur masculinus. quia maioris est virtutis q3 albus hi lapidi dicuntur celidony 7 sunt preciosi maxime quando extrahuntur de pullo anteq3 tangat terrā vt dicitur in lapidario vbi eoz virtutes describunt vt dicit pisan. Sanguis de dextra ala extract' oculis medet sic sanguis colūbe sim' ei' valde est calid' 7 vitu' si-

ne corrosiu⁹ et ideo oculis est nociu⁹. Instruct
aut yundo pullos suos eijce stercoza extra ni
dum. sunt aut yundinu duo genera. quedaz ei
sunt maioris corpis dorisuz hntes nigz pect⁹
rubeu et ventre albu. et he diligut humanā soci
etatem. vñ in domibz hoim nidificāt. alie sunt
minoris corpis nigz hntes pect⁹ et nidificāt in
ripaz foraminibz iuxta aquā. Sz taz iste q̄ il
le in terra nidificāt sine argilla et vtriusqz cau
da ad modū forpici ē bifurcata. Itēz yundi
num dicit esse vñū gen⁹ qd̄ timēt alie etiā aues
aquila et accipit et fugiūt illā yundinem tanq̄
hostē nec audēt sup̄ predaz illa visa irruere. ti
ment em̄ morsuz ei⁹. qz forsan venenosus ē. vt
dicit plini⁹. pugnāt aut yundines p̄tra passe
res nidos eaz subintrantes et morsibus ac vn
gubus fugant eos de nidis suis.

De kaladrio. Capitulū. xxij.

Kaladrius sm

phm est albi coloris nullā hñs ptez
nigredinis cui⁹ ps inferior femoris
ipsi⁹ purgat caliginē oculoꝝ. cui⁹ natura est ta
lis q̄ q̄ndo aliquis graui detinet infirmitate. si
egritudo fuerit ad mortē kaladrius auertit fa
ciem suā a sic egrotante et sine dubio tūc mori
tur homo si aut infirm⁹ d̄z p̄ualecere. kaladri⁹
figit visum in ip̄m. et intēdit in eū quasi applau
dens ei. Differt atē kaladri⁹ ab auicula q̄ d̄r ka
landra q̄ est auis sonora et canora sicut meru
la vt dicit glosa sup̄ Deut. xiiij. vbi dicit. dif
fert kaladri⁹ a kalandra zc.

De laro. Capitulū. xxij.

Larus est auis qñ

qz in terra qñqz in aquis habitans.
vnde in auroza scribit. Larus ē flu
minis habitator et incola terre nūc natat vt pi
scis nunc volat instar auis.

De locusta. Capitulū. xxiiij.

Locusta est dicta

eo q̄ pedibus sit longa vt hasta. et
ideo greci eam hastagion vocāt vt
dicit Isido. Locuste regem non habent et ta
men ordinate egrediūtur per turmas suas vt
dicitur. puerbioꝝ. xxx. mutuo se deuorant. nam
maiores minores comedunt et manducant. in
estate apparent. in hyeme hō latent. longiora
habēt crura posteriora q̄ anteriora et dic̄ glo
sa super Jobel. primo. Est autem primo atbe
labus et post crescentibus alis fit locusta et pl⁹
ledit in iuuentute quando est atbelabus q̄ in

senectute quando est locusta. Os habet qua
drangulum et pro cauda aculeum habet. cru
ra sunt replicata et in se reflexa. germina arbo
ruz et herbarum radicitus comedunt et corro
dunt. a vento australi generantur et ad volan
dum concitantur. In vento autem septemtrio
nali moriunt. In saliendo locusta se erigit. et in
erigendo cadit floribus amygdalinis impiguā
tur locuste. Locusta insup̄ tota pro maiori par
te in ventre consistit et ideo insaciabilis est. vñ
cū hz intestinum. quod sanie et immundicia est
semp̄ repletū sed q̄diu viuit sp̄ esurit. et si qd̄
inuenit viride. corrodere non desistit. Modi
co frigore quasi moritur et p̄sopitur. sed calore
solis reuiuiscit. ex cui⁹ stercore vermes nascunt

De mergulo. Capitulū. xxx.

Mergulus ab assi

duitate mergendi nomen sumpsit.
sepe enim dimisso in pfundum ca
pite. auraz ligna sub fluctibus colligit. an̄ ve
nientem equozis tempestatem cum clamore li
tus petit. nam in pelago grauissimaz tempesta
tem futuram esse certissimū est quando mergu
li fugiunt ad litus cum clamore vt dicit. Isid.
mergulus in arundinetis super pauca ligna ni
dificat et miro quodam affectu nature pullicu
los nutrit et educat. qui mox nati matre sequū
tur. et varias pelagi vndas ascendere et descen
dere nullo modo verentur. vermes aquatiles et
pisciculos ad sui ventris facienduz ingluuiem
venantur. In hyeme propter paucitatem mo
tus impinguntur. In estate autez propter vo
latus liberatez carnibus et pinguedine depau
perantur. quando ab aue rapace persequitur
ad aquam refugientes mersionis beneficio li
berantur.

De miluo. Capitulū. xxvj.

Miluus mollis ē

volatu et virib⁹. vnde miluus qua
si mollis volans est dictus. nam le
ui penna et quasi immobili super aera fertur
et vix leui tactu aerem in volando mouere vi
detur. Est autem auis patiens laboris. et ideo
cuculos in scapulis suis suscipit et ne per lon
ga itineris spacia fatigati deficiant a partibus
hyspanie secum ducunt vt dicit Isidor⁹. Est
autem auis rapax et audax in minimis. sed
timidus est in magnis. nam volucres siue feres

inuadere non audeat. domesticis insidiari non timet. pullis etiam insidiatur eos rapiat et quos icantus reppererit statim eos necat. cadaueribus et immundis vescitur. et per modico veteris pastu circa ethera circūfertur. Aniso impetitur. et a minore se propter ipsius pusillanimitatem et seigniciem superatur. Et miluus in iuuentute ab alijs prede amibz non videtur differre. sed quanto diutius viuit tanto sua naturam degenere plus ostendit. Quoddam enim genus est milui qui in principio aues rapit. ex terea animalium comedit. tandem vix muscas et vermiculos arripit vt dicit arif. vltimo fame perit. Est autem auis impia circa pullos suos sicut et vultur. dolet enim quando videt eos impinguari et vt marcescant rostro eos percutit et subtrahit eis cibum. vocem habet querulam famis nunciam. nam quoniam esurit voce querula cibum querit.

De nocticorace. Capitulū. xxvij.

Nocticorax est noctis coruus sic dictus eo quod noctem amat. quia de nocte volans cibum querit et querendo clamitat cuius clamor est volucris odiosus vt dicit Isidorus. Est autem auis lucifuga et solem videre non potest sepulcra et loca mortuorum inhabitat et frequentat. in parietibus et in locis rimosis nidificat. oua colubarum et monedularum frangit et deuorat et cum eis pugnat. Hec dicitur noctua quasi de nocte acute tuens de nocte autem videt. exorto autem splendore solis eius visus hebetatur. Hanc insula cretensis non habet et si venerit aliunde statim moritur vt dicit Isidorus.

De onocratulo. Capitulū. xxvij.

Onocratulus est auis in aqua sonitum faciens. In faucibus autem habet quosdam folliculos in quibus primo cibum recipit. et receptum in secundum ventrem mittit. duos enim habet vteros. in vno tantum cibaria recipit in alio tantum decoquit et digerit. sed primus per vesicula gutturis reputatur. vnde dicit Isidorus. Onocratulus auis dicitur grece cuius longo rostro. Et sunt duo genera. vnum aquatile. et aliud solitudinis. qui autem in aquis manet. est auis valde gulosa quam rostrum in aqua mergens horridum sonum facit. Precipue autem insidiatur anguillis. et perdam quam arripit subito deglutiens in aluum mittit. deinde ruminat et fauces mouet. ac si cibum in ore receptum adhuc teneret. Hec in litore quiescens rostrum suum semper sursum

erigit. et sic ipsius acumine contra insultum accipitris se premit vt securius dormire possit. vt dicit Isidorus.

De pellicano. Capitulū. xxix.

Pellicanus est auis que in Levitic. xj. et Deuter. xij. porphirio nuncupatur. Et est auis egiptia habitans in solitudine iuxta Pylum. Inter volucres autem secundum legem immundas in Levitic. numeratur. Sunt autem duo genera huius auis. vnum in aquis inhabitans et eius esca sunt pisces. aliud est in terra habitans solitudinem diligens. cuius cibum sunt animalia venenosa vt laerte et huiusmodi. omnia que pellicanus comedit primo pede in aquam tingit et intinctus quasi cum manu pede ori applicat et apponit. Solus pellicanus inter aues prede preter ptilitacum pede vitur loco manus. De pellicano quoque dicit glossa super psalmum. Et idem dicit Plinius. per hec verba. Pellicanus inquit est auis amator filiorum suorum. Cum enim gignit natos et incipiunt crescere pennis suos in facies percutiunt. prope quod ipsos mater percutit et occidit. tercio vero die mater se in costa vsque ad effusionem sanguinis percutit et calidum sanguinem super corpora mortuorum filiorum post effundit ex cuius virtute pullus prius mortuus renouiscit. Et glossa super locum illum psalmi. Factus sum sicut pellicanus etc. Pellicanus dicitur rostro occidere pullos. et in triduo lugere et tunc sanguinem suum super eos fundere et sic illos viuificare. aliam causam mortis pullozum pellicani assignat magister Iacobus de vitriaco in libro de mirabilibus orientalium regionum. Est inquit in egipto auis que vocatur pellicanus magnarum alarum et maxime maciei. quia quicquid deglutit cito emittit per secessum. lubricum enim habet intestinum. et ideo vsque ad plenam incorporationem neque tenet cibum. Hanc autem naturaliter odit serpens propter quod serpens dum per pastum mater exit nidum repens per arborem pungit et interficit pullos suos super quos mater rediens lugere per triduum fertur. deinde in pectore se vulnerat et sanguinem super eos resperserit eos a morte suscitatur. Et sanguine hoc copiosius sic effuso debilitatur mater. vnde et pulli cogunt exire per cibo quorum quidam naturali affectu matrem debilitata pascunt. quidam vero degeneres sunt. de matre penitus nullam curam gerunt. quod diligenti aduertens mater. receptis vinibus filios se pascetes refouet et diligit. alios vero otia quasi ignobiles et ingratos a se reijcit et secum commanere aut viuere non permittit.

Perdix a noceno

men habz vt dicit **I**sid. est auis in munda. nam masculus masculuz surgit z obliuiscit sexum. p̄ceps libido. vt dicit **I**sid. adeo aut̄ est fraudulenta vt aliēa oua diripiens foueat ea sic subtracta. sed hec fraus fructū non hz. quia cū pulli voces audierint p̄prie genitricis naturali quodā affectu matrem putatūā que eos fouerat derelinquūt z ad illā que genuit reuertit̄ vt dicit **I**sid. piter z ābro. Non aut̄ laborant in cubando z ouando sicut alie aues sicut dicit **A**ris. aliq̄ inquit aues generant leuiter sicut perdices et mater pdicis volat in circuitu venatoris quousqz fugiant pulli sui. et post fugam pulloz fugit et ipsa mater z clamat pullos suos. cui⁹ pulli mor nati sequuntur matrē z statim querūt cibum. Est aut̄ perdis pauca p̄nositas. z multe carnis. ideo debilis est volatus et in volando paruz a terra se erigit statim post paululū terrā petit. intantuz nisū timet z fugit q̄ q̄diu videt ipsuz in aera a terra nō recedit. ad sonitū ho campanule fugiens circa terrā anteq̄ sciat in rethe vel in laqum se immittit. **P**lini⁹ dicit li. xxix. cap. vj. Fel pdicum cum equo ponderē mellis multū clarificat visum vñ z in pixide argēt ea d̄z reseruati oua eoz in vase ereo tecta valent cum melle vl ceribus oculorum.

Pauo a sono vo-

cis nomen habet. cui⁹ caro est tādu ra vt vix putredinē sentiat nec facile coquit̄. vt dicit **I**sid. vinit aut̄ pauo fm aristo. xx. annis z pullificat in sine triuz annoz deinde colorant̄ eius ale. Cubat aut̄ oua sua. xxx diebz z modicū plus. deinde scindunt̄ teste z n̄ pullificāt nisi semel in āno. et ponit. xij. oua aut paz min⁹ z eijcit plumas suas cuz prima arbore eijciente folia sua. et tūc primo nascit̄ pluma cum arbores incipiūt folificare. est em̄ auis nō diligens fetum suum. p̄sequit̄ em̄ masculus feminā z oua femine inuestigat vt frangat ea. vt sic sue luxurie magis vacet quod timens femina. sollicite abscondit ea ne ab eo valeant defacili inueniri. Habz aut̄ pauo vt ait caput infirmum et deforme quasi serpentinum et tam cristatum. incessam simplicem z occultum. collum modicum z erectū pectus saphireū. caudā oculatam. mira pulcritudine distinctam z ornatā. habet pedes deformissimos z rugosos p̄narū

suaram admirans pulcritudinem erigit eas ad modum rote siue circuli p̄ giram capitis circūponit. videns aut̄ pedam suoz deformitatē q̄ si erabescit z velat nō attendens predictā penarum pulcritudinē eas subito deprimit z submittit. vocemqz hz terribilem vt ait quidā. voce hz demonis. caput serpētis. passuz latronis zc. **P**lini⁹ em̄ li. xxix. ca. vj. dicit q̄ pauo resorbet simum suum inuidens hominum vtilitati. valde em̄ medicinale est sed raso inuenitur.

Passeres sunt mi-

nuta volatilia a paruitate sic vocata vt dicit **I**si. Est autē auis passer instabilis z garzula iuxta hominuz habitacula nidificans. Auis siquidem est multum calida z libidinosa. vnde eius caro frequenter in cibum sumpta est libidinis excitatiua vt dicit constā. multe est ouatōnis z pullificatōnis z magne solercie i educando pullos suos z nutriendo. In feno z in plumis nidificat z nidum suum a stercore munduz seruat. z ideo pulloz stercore extra nidum eijcit z ad eijciendū eas cogit. **A**raneis z vermibz z muscis eos pascit. semina venenosa vt iulquiami sine lesione comedit. z leprā z morbū caducū aliq̄ sustinet z incurrit. et femina diuiciuz vinit q̄ masculus. z masculus zelat p̄ vxore sua z pro ea pugnare consuevit. vt dicit **A**ris. mustelam timet z odit z clamando ac vociferando presentiaz eius pdit. pro nidis yrundinuz occupandis eis rostro morisibus se opponit. suam speciē diligit z pullos ab illis derelictos aliquo casu recolligit tanq̄ p̄prios atz nutrit. z si cōtingat aliq̄ laqueo vel aliq̄ alio modo deprehendi clamitat. p̄ adiutorio et vociferat cui cōpatiens passerum multitudo mutuo se puocat z vt captum liberent accelerat z pro viribus festinant.

Trutio a greco

vocabulo nomen sumpsit vt dicit **I**sid. eo q̄ corpus animalis gradie nis habeat. pennas tm hz vt auis. habet etiam duos pedes z rostr̄ sicut volucris. s̄ppter ponerositatē sui corpis cum auibz in aera non leuatur. o. aat etiam sicut auis. sed oua sua fouere negligit que proiecta in arena fetu pulueris animantur vt dicit **I**sid. De stratione autez dicit **A**ris. stratio autem inquit in creatione assimilatur ani z quo ad quid quadrupedi. q̄a in aera non leuatur. ale enim eius nō sunt pue-

nientes volatui. sed creatio eorum est tenuis sicut creatio pili. et quia est sicut avis multas plumas habet in inferiori parte corporis. et habet pedes duos sicut volucres et ungues scissos sicut sunt ungule quadrupedis. et causa illius est: quia magnitudo corporis eius assimilatur quadrupedi et non aui. Tante enim caliditatis est quod ferrum diglutit digerit et consumit. et secundum auiam naturam que in omnibus est prouida dedit ei facere oua maxima et durissime teste: ut circa eorum generationem occupatus calor temperetur. et si esset nimis intensus calor: esset causa quare citius moreretur. Alias autem strutionis proprietates tangit beatus gregorius super Job. xxix. ubi dicitur. pena strutionis est similis penne herodij in colore sed non in virtute. penne autem similitudinem habet sed volatus celeritate caret. ad volatum alas suas erigit: sed tamen a terra in altum nullatenus se suspendit siue in longum. raris penis induitur et magno corpore grauatur. Item quando venit tempus ut oua pariat: a diuinas que vocatur virgilio siue plades oculos leuat. non enim oua ponit nisi quando illa constellatio oritur vel ascendit. cum enim viderit stellam circa menses Junij arenam fodit et ibi ponit oua sua: que sabulo cooperit atque tegit. Cum autem ea ibi reliquerit: statim obliuiscitur ubi ea posuit. et nunquam ad ea ulterius redit. sed calefacta arena solis feruore abscondita oua excoquit: et in ipsis pulliculos procreat et producit. cum autem fracta testa pulliculus eductus fuerit: tunc primo mater ipsum recolligit atque nutrit. et quem in ovo contempserat: egressum de ovo recognoscit. et ideo dicitur ad beatum Job. Indurat ad filios suos quasi non sint sui. Item strutio naturaliter equum odit. et intantum ei contrariatur quod equum sine terrore videre non possit. et si discurrerit equus contra eum quasi contra hostem alas erigit. alax concussione ipsum ad fugam cogit.

De turture.

Cap. xxiiiij.

Turtur autem a voce vocatur. avis simplex est ut columba: sed longe dispariter est pudica. Turtur autem avis casta ex moribus appellatur eo quod comes sit castitatis. amisso enim pari suo alterius copulam non requirit. solitarie incedit. memor societatis perdit semper gemit loca solitaria diligit et eligit. consortiaque hominum valde fugit. ad ortolos tamen hominum et agros descendit ubi quirit cibum unde viuunt. obtento autem cibo iterum iuga montium et secreta nemorum petere consuevit vernali tempore aduenit et nouitatem instans

temporis querula voce prodit. In hyeme vero deplumatur: et tunc in truncis concavis se abscondit. postea estate vero et tempus veris resumptis plumis de locis abditis ubi latuerat exiit: loca ad pullificanda congrua sibi querit inter densos arborum ramos. de lignis duris et nodosis nidum construit in quo ouat cubat pullificat et pullos nutrit ut dicit aristoteles. Turtur ouat in vere bis: sed non tercio nisi quando oua primo corrumpuntur. et viuunt et cubant. xv. annis. et non descendunt super rem fetidam neque super cadauer propter cibum. morticinio. non enim velicit turtur: sed pro suo et pulloz victu paucula grana querit. et in locis mundis recolligit unde viuunt. alijs autem vociferantibus gemit. sunt autem pulli eius calidi et humidi sicut et pulli columbini ut dicit constantinus. quod testatur grauitas ad volandum. sed volare incipientes amittunt illam grauitatem. fitque caro eorum leuior et acceptabilior ad digerendum. sanguis enim ale dextre eius est medicinalis sicut sanguis hirundinis et columbe.

De vulture.

Cap. xxxv.

Vultur a tardo volatu nuncupatur ut dicit Isidorus. magnitudine enim carnis precipites volatus non habet. Hos quidem concubitu dicunt non misceri. et sine copula concipere et concipi generare atque gigni. natosque eos dicunt viuere centum annis ut dicit Isidorus. Hec avis est impia circa filios suos sicut et miluus. Si enim videt pullos suos impinguari: rostro et pedibus eos percutit ut sic fiant ex dolore morsum macillati ut dicit plinius. Dicit etiam idem. quod maxime viget sensus olfactus in hac aue. unde et sentiunt odore cadauera a remotis. existentes enim vultur mare sentiunt cadauera ex ista parte et e contrario. vultur exercitum vultur sequitur ut hominum et equorum cadaveribus satietur. et ideo secundum augures quando conueniunt et circumvolant simul multi vultures: est futuri prelij presagium quod aliquo sensu nature occulto presentunt ad futurum. De vulture dicit aristoteles. Vultur inquit pugnat cum herodio et volat super ipsum. et quando deuincit ipsum moritur. et comedit carnem crudam: et ideo pugnat contra alias aues propter cibum. Venatur autem a meridie usque ad noctem. et ab ortu solis usque ad tempus illud in silentio requiescit. et quando senescit elongatur rostrum eius superius et recuruatur in fine. et moritur tandem fame ut dicit aristoteles. Ibidem hoc ei accidere secundum errorem antiquorum putatur. quia dicitur aliquando fuisse homo. et erat impius pegrinis quibusdam.

sed hoc est superstiosus. Dicit etiam idem quod quoniam est aliquid superfluum de cibis suis non relinquit illud ambus alijs: sicut facit aquila. sed reponit in nido suo ad cibandum pullos suos. quoniam non defacili acquirit cibum. Redificat autem in altis montibus et nemoribus. et si viderit aliquid volitans circa pullos suos rostro percussit et fugat illud. et nutrit pullos suos quousque possint volare. et tunc egreditur illos a nido et retat illos appropinquare ilico nec permittit unum par vulturum aliud par subintrare locum suum. Item idem li. almachar. Est quidam species avis fluuiialis que timet vultures. et ideo fugit ad aquam. et circumvolat vultur a remotis. et cum sit acuti visus inspicit quando avis illa exit aquam illam. et tunc si potest capit eam. Est insuper vultur avis multum fetida et immunda. cuius caro est durissima et mali saporis et grauis odoris. et ideo ad esum est inutilis. defacili pro caduere terram petit. sed cum descendit de terra iterum vix ascendit ut dicit gregeus. In alto volans cadaver in infimis conspicit. et pro amore cadaveris ad ima de sublimitate aenis se subuertit ut dicit idem. Quando autem ab aliquo impeditur: contra ventum alas percussit. et sic venti adminiculo potius quam robore proprio ab infimis in aera se extollit. et ad hoc dicit plinius li. xxix. ca. iij. Vultur inquit inter aves contrariatur serpentibus. nam si penne eius videntur fugant serpentes nidore suo. Cor etiam eius reddit se portantes a serpentibus et a fenis tutos. Cor eius ligatum in pelle leonis vel lupi fugat demones. Pena eius ligata pedi sinistro parturientis velociter liberat eam. sed celeritas solue ne interiora sequatur. ungentum factum de adipe vulturis et oleo myrti et cera nervos curat. iumenta sanat. Pes eius dexter alligatus pedi sinistro dolenti sanat ipsum. similiter dextrum sanat sinister pes. Lingua eius sine ferro euulsa et collo in panno nouo suspensa dicitur efficere hominem gratiosum ad impetrandum ab homine quicquid petit. Cinis ossium eius combustorum mixtus cum celidonia datus animalibus eorum sanat morbos. Hucusque plinius idem li. xxxvj. sanguis vulturum cum herba cabeonte als cameleonte et celdria sanat lepram.

De vlula. Cap. xxxvj.

Vlula avis est a plausu vel vlulatu nominata. eius enim vox vlulatum pretendit. Unde et apud augures vlulans pretendit aduersitates tacens vero prosperitatem ut dicit Isidorus. et secundum hunc idem videtur esse vlula quod hybo siue noctua

cuius vox secundum augures est infausta. Hieronymus glo. super ysa. xliij. dicitur sic. Vlula est avis cornini magnitudinis respectu maculis. que rostro in palude fixo horridum sonum facit. et secundum hoc videtur quod vlula est onocrotalus: que avis est palustris loca inhabitans paludosa. quere supra de onocrotalo.

De vpupa.

Cap. xxxvij.

Vpupa ut dicit

Isidorus a grecis est nuncupata. eo quod stercorea humana comedat et frequenter in fimo nutriatur. Avis enim est spurcissima et immunda. cristis a capite exeuntibus galeata semper in sepulcris commorans vel in fimo. cuius sanguine si quis se inixerit: dormitum pergens demones in somnis se suffocantes videbit. cuius cor malefactoribus valet. nam in suis maleficijs eo utantur. De hac autem dicunt physici. quod cum senuerit eo quod nec videre nec volare queat: pulli eius euellunt ei pennas inuvalidas. et linunt ei oculos herbarum succis et fouent sub alis donec recrescant plume eius. et sic renouata perfecte volet et videat clare sicut et ipsi. ut dicit Isidorus.

De vespertione. Cap. xxxviii.

Vespertilio a tem

poro nomen sumpsit. eo quod lucem fugiens circumolet in crepusculo vespertino precipiti motu attrito et tenuissimis brachiorum membranis suspensa. et est aial simile mari. non tam resonans voce quam stridore. spem volantis et quadrupedum habet. quod in alijs auibus solet rarius inueniri. hucusque Isidorus. Dicit etiam glo. super ysa. ij. quod vespertiones luce fugiunt. ceci enim sunt sicut et talpe. puluerem lingunt. oleum de lampadibus sugunt. in rimis parietum se abscondunt. frigidissime sunt nature. Unde sanguis vespertilionis linitus super palpebras non sinit recrecere pilos ut dicit constantinus. et hoc forsitan est. quia sua frigiditate opilat poros: quibus opilatis non recrescunt pilus.

Explicit liber duodecimus.